Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

tenuit hec et modo quod omnes prius dicte sunt modo vero quod nullatenus balbutienti enim visa prima philosophia de omnibus illud nova existens et principium et primo quidem et empedocles os dicit esse rationem hoc autem est quod quid erat esse et substantia rei at vero simili necessarium et carnis et aliorum singulorum esse rationem aut nichil propter hoc enim et tamen esse hos est aliorum unumquodque et propter hoc non materiam quam ille dicit ignem et terram et aerem et aquam. Sed hoc alio dicente quidem simili dicat ex necessitate manifeste vero non dicit de talibus quidem igitur ostensum est et prius quorum vero de ipsis hiis dubitabit aliquis resumamus iterum ipsi. nam forsan habundabimus aliquid ex ipsis ad posteriores dubitationes.

De veritate theoria sic quidem difficilis et sic facilis vero. Signum autem est in neque nullum adipisci ipsam posse nec omnes errores esse. Sed unumquodque aliquid de natura dicere. Et secundum unum quidem nichil aut parum ei immititur. ex omnibus coarticulatis fit magnitudine aliqua. Quare sic videtur habere ut proverbialiter dicimus aliquis in foribus omnibus quis delinquet sic quidem utique erit facilis. Habere autem totum et partem non posse difficultatem eius ostendit. forsan autem et difficultate secundum duos existente modos non in rebus sed in nobis est eius causa. sicut enim nicticoracum oculi ad lucem diei se habent sic et anime nostre intellectus ad ea que sunt omnium nature manifestissima. Non solum autem hiis dicere gratiam iustum est quorum aliquis opinionibus communicaverit. Sed hiis qui adhuc superficialiter enunciaverunt. Et enim hii conferunt aliquid nam habitum quidem preexercitati sunt. Nam si thymotheus non fuisset multam melodiam non haberemus. si autem non phrynis thymotheus non fuisset eodem vero modo et de enunciantibus veritatem a quibusdam enim opiniones quasdam accepimus. Sed alii ut hii fierent cause fuerunt. Vocari vero philosophiam veritatis scientiam recte habet. intendunt non causam secundum se sed et ad aliquid et nunc speculantur practici. Nescimus autem verum sine causa. unumquodque vero maxime ipsum aliorum secundum quod et aliis inest univocatio puta ignis est calidissimus. et enim est causa aliis hic caloris. Quare et verissimum quod posterioribus est causa ut sint vera. que propter hoc semper existentium principia semper esse verissima est necesse. non enim quandoque vera nec illis causa aliquid est ut sint. sed illa aliis. Quare unumquodque sicut se habet ut sit ita et ad veritatem.

At vero quod sit principium quoddam et non infinite cause existentium nec in directum nec secundum speciem palam. nec enim ut ex materia infinitum progredi est possibile velut carnem quidem ex terra. terram vero ex aere. aerem autem ex igne. et hoc non stare. nec unde principium motus. ut hominem ab aere moveri et hunc a sole. solem vero a lite. et huius nullum esse finem. Similiter autem nec cuius causa est infinitum ire est possibile.

Item